


Rozprawy
do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złt.

Carolus Gustavus 17 r) S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 s) Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrick 19 t) Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 u) Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmañ Johann 21 v) Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 y) S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmañ Johañ 23. z) Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 aa) Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 bb) Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 cc) Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmañ Johañ 27 dd) Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 ee) Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. ff) Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. gg) Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 hh) Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 ii) Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmañ Johañ 33 kk) Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 ll) Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1661. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epi. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl.) br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77) *b)* Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str.) br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. **Paradoxa** koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. **Paritius** Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. **Parkossius** Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. **Parthenay** v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. **Paschacy** Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. **Pasternak** K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. **Pastorius** Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. **Paszkowski** Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. **Paterkula** K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. **Pauli** Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1658. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

38

MEMORIALE NOVUM
In puncto Pacis & Securitatis publicæ;
Quod nomine
SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS SUECIÆ
die 4. May, An. 1658.
exhibitum est
S. ROM. IMPERII COLLEGIO ELECTORALI,
Ab
Ejusdem Regiæ suæ Majestatis Sueciæ Consiliario Status Aulico, Ducatuum Bremensis & Verdensis Præside, & p. t. ad S. R. Imperij Electores, Principes & Status Extraordinario Ablegato
MATTHIA BIÖRENKLOU
Hæreditario in Elmenhoff, Wannestadt & Tislingen.

M DC LVIII.









Ræter *Guarantiæ* effectum, quem S. R. M. Sueciæ longo jam tempore ab omnibus & singulis S. R. Imperii Electoribus, Principibus & Statibus expectat, *Duo* adhuc præcipua & Generalia sunt *capita*, quæ nomine S. R. M. Sueciæ jam diu S. R. Imperii Collegio Electorali decenter insinuantur, nimirum,

I.

Quandoquidem in Instrumento Pacis cùm alibi, tùm imprimis Art. I. & II. sancita est inter partes transigentes fida vicinitas & secura studiorum pacis atq; amicitiæ cultura, ita quidem ut altera alteri ob quascunq; caussas nihil hostilitatis aut inimicitiæ, molestiæ vel impedimenti, quoad personas, statum, bona vel securitatem per se, vel per alios, clam vel palam, directè vel indirectè *in Imperio vel uspiam extra illud* inferat, vel inferri faciat, aut patiatur. Et S. Cæsarea M. proximè defuncta è diametro contra dictam expressam Instrumenti pacis dispositionem, & quidem mox post pacem Osnabrugensem, partim per se, partim per alios,

1.

disturbavit Tractatum pacis, qui An. 1651. & 1652. Lubecæ inter Sueciam & Poloniam erat institutus, prout ex Protocollo Polonicorum Commissariorum Warsaviæ inter Metricæ seu Archivi Acta invento, hîc ad oculum monstratum est, & id desiderantibus adhuc monstrari potest,

2.

Concitavit Czarem Moschorum aliosq; vicinos Principes contra Sueciam, eoq; ipso Sueciam infinitis damnis affecit,

3.

Amicos & Socios S.R.M. Sueciæ à societate Suecica abalienare conata est,

4.

Pacis Tractatus inter Sueciam & Poloniam, cùm alibi per Poloniam, tum An. 1656. vergente ad exitum Autumno ad Gedanum per Lisolam impedivit,

5.

Fœdus contra Sueciam cum Rege Poloniæ inivit,

6.

Bellum tandem præsens in Polonia contra Sueciam decrevit, & filio suo, Serenissimo Regi Hungariæ arma illa, quibus nunc Poloniæ quietem impedit, & Germaniæ ipsi, cumprimis verò Suecicis provinciis ibidem sitis, exitium interminatur, quasi propriâ suâ manu porrexit:

Ideo Sacra Regia Majestas Sueciæ suprà dictis, & pluribus aliis modis à defuncto Imperatore contra Instrumentum pacis læsa, nunc desiderat ut S.R. Imperij Collegium Electorale futuro cuicunq; Romano-Germanico Imperatori (Nam hoc caput concipitur abstractivè & sine ullo ullius subjecti eligendi respectu) Legibus Capitulationis jam concinnandæ sequentia etiam per expressum inserere velit, nempè quod futurus Imperator quatenus Imperator, & Consors Pacis Osnabrugensis *Instr. pacis Art. 1. & 2.* 1. teneatur tàm intra Romanum Imperium, quàm ubicunq; extra illud, colere fidam pacem & sinceram amicitiam cum S.R.M. & Regno Sueciæ; quodq; consequenter velit 2. fœderibus, si quæ hactenus contra S. Reg. M. & Regnum Sueciæ fortè iniit, planè renunciare, & 3. præsenti bello Polonico se nulla ratione immiscere, ut & 4. modernam S.R.M. *Instr. pacis Art. X. §. Exsolvit.* futurosq; Reges & Regnum Sueciæ ratione Ducatuum, ditionum, bonorum & jurium in Imperio acquisitorum, non modò non turbare & sive per se, sive per alios inquietare, sed potius securitatem præstare, eosq; sicut cœteros Imperii status in eorum possessione quieta contra quoscunque turbatores inviolabiliter conservare & manutenere.

II.

Quod si verò placuerit Augusto Electorali Collegio eligere Serenissimum Regem Hungariæ & Bohemiæ, vel alium aliquem Principem

pem Domus Austriacæ in Imperatorem Romano-Germanicum, tum S.R.M. Sueciæ censet fore adæquatum medium conservandæ pacis per Germaniam, si S. Rom. Imperii Collegium Electorale pro authoritate sua seriò moneat Serenissimum Regem Hungariæ de pace cum Suecia quantocius, & quidem ante Electionis consummationem redintegranda, idq; sive in Polonia unà cum Rege & Republica Poloniæ, sive deducto ex Polonia exercitu, hic alicubi in Germania prout Iteratum Ablegati Suecici Memoriale d. 22. Aprilis hujus Anni exhibitum id pluribus explicat. Et hoc equidem propterea proponitur

1.

Quod quemadmodum S. R. M. Sueciæ antea semper prona fuit in pacem sanciendam cum Polonia; ita ex quo superiori Anno desideratum fuit, ut Austria etiam cum debito effectu ad tractatum Sueco-Polonicum admitteretur, in id illicò consenserit, & in Januario hujus Anni suos Plenipotentiarios ad Tractatus Polonicos cum convenientibus requisitis tractandi tàm cum Polonia, quàm cum Austria, expedierit in Pomeraniam; quodq; dicti Suecici Commissarii ne nunc quidem ob Lisolæ artes & objecta obstacula consequi potuerint Salvum Conductum eundi in Borussiam, ceu provinciam Tractatui destinatam,

2.

Quod Rex & Respublica Poloniæ, ut & Serenitas sua Electoralis Brandeburgica perhibeantur tractatus velle inchoare & perficere,

3.

Quod licet S.R.M. Hungariæ ante quinque menses certior facta sit de propensione S. R. M. Sueciæ in pacem cum Austria, noluerit tamen huc usq; vel aliqua decenti ratione admovere manus operi tam sancto & necessario toti Christianitati,

4.

Quod Rex Hungariæ interea 1. Plenipotentiarios suos lento admodum gradu illuc ire patiatur, 2. Per Residentem Lisolam injectis tricis impediat præliminaria, 3. dissuadeat solennem tractatum & de alio tamen mentionem partibus acceptabilem injiciat nullam. 4. Repudiet & sine omni ratione aversetur Mediationem Gallicam, quæ à Suecia & Polonia, ceu principalibus partibus,

tibus, mutuo consensu adprobatur, 5. Injiciat Polonis varias suspiciones præsertim contra Sueciam; & in summa 6. quibuscunq; modis obstet tractatui inchoando,

5.

Quod Serenissimus Rex Hungariæ non modò in itinere versus hanc urbem jusserit suos adoriri Suecicas Provincias in Imperio, sed Posnaniæ etiamnum per suos urgeat Polonos & alios ad bellum contra dictas provincias, imò in Holsatiam usq; promovendum,

6.

Quod Informatio illa brevis & Demonstratio, ex mente Serenissimi Regis Hungariæ (ut habet contextus in prima pagina) nuperrimis diebus hic typis publicata, expresè & quidem in ultima pagina contineat, dicatq; *Domum Austriacam habere nunc justissimam caussam vires suas eò convertendi, ut Sueci provincias istas satisfactorias, quas pristinis possessoribus eripuerant, restituere cogantur,*

7.

Quod tale propositum in hoc Electionis Conventu variis modis publicatum, documento esse possit, Regem Hungariæ quamprimùm Coronâ Imperij fuerit insignitus, velle vindicativo suo Fœderi contra Sueciam insistere, & sine ullo respectu sive Capitulationis, sive aliarum obligationum, Imperium bello implicare, inq; eum finem Polonos à pace cum Suecia avertere, ut eorum societate propositum suum in Imperio exequatur,

8.

Quod licet Rex Hungariæ Capitulatione promittat se velle cum Suecia colere pacem in Imperio & extra illud ut Imperator, intendat tamen ubiq; inferre S. R. M. & Regno Sueciæ damna, molestias, inimicitias & hostilitates ut Rex Hungariæ & Bohemiæ, quandoquidem supra allegata Brevis Informatio pagina prima clarè jactat Reges Hungariæ & Bohemiæ posse in iis etiam, quæ pacem Imperii (de hac pace turbata loquitur Memoriale Suecicum, cui brevis illa Informatio opposita est) concernunt, sine ullo Comitiorum, h. e. Electorum, Principum & Statuum Imperii respectu, liberrimè agere,

Quod

9.

Quod si Austriæ hæc liberrima potestas agendi & porta concitandi bellum in Germania patebit, & alij populi ea occasione irrumpent, incendiumq; toti Germaniæ inferent funestissimum, tum coram Deo & toto orbe se excusatam fore confidit S. R. M. Sueciæ, utpote quæ ante annum in Polonia magnis aliarum nationum agminibus stipata, & justissimam habens causam obviandi exercitui Austriaco, Germaniæ præsertim respectu, id tum omisit; jam verò per quinq; menses solius pacis amore media avertendi bellum ab Imperio ultrò proponit, & iis contemptis, in Justitia suæ caussæ, aliorumque Interessatorum Guarantia, cum primis verò in ipsius Dei præsidio, spem & auxilium suum collocat.

Quare cum Eminentissimi & Serenissimi S. R. Imperii Electores præsentes & Absentium Legati Plenipotentiarij nunc deliberent de Imperij securitate & pace; Ideò suarum esse partium duxit S. R. M. Sueciæ Extraordinarius Ablegatus infrà scriptus, dictorum capitum contenta denuò proponere, ut præsenti Electorali Consultationi subjecta & maturè considerata, paci per Imperium conservandæ ansam præbeant. Francofurti ad Mœnum d. 4. May Anno 1658.

Matthias Biörenklou.

1. Pax Pax polono-svecica Olivae d. 3 Maji 1660
2 Pax Germano-svecica Monasterii Westphalorum 24 Jan. 1648.
3 Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc Petri de Reva 1652



